ITa demum. Ab initio exceptio procuratoꝛia proponẽda eſt, alias nõ poteſt opponi in cauſa appellationis. h. d. ¶ No. ꝙ idẽ valet cauſa appellationis quod cauſa pꝛincipalis, vt gl. dicit. ¶ Itẽ not. ꝙ appellatio reſcindit iudicatũ, ⁊ reponit proceſſum in eo iudicio, in quo erat poſt lit. cõteſt. per hanc l. ¶ Opp. de l. per hãc ꝭ. de tẽp. app. Sol. ꝙ iura cõtraria loquũtur in exceptionibus perẽptoꝛijs: lex noſtra in dilatoꝛijs. ¶ Itẽ op. de l. licet. ꝭ. eo. tit. Sol. ꝙ iſta lex loquit̃ de exceptione falſi procuratoꝛis. que põt opponi in quacunqꝫ parte iudicij, ⁊ poſt ſententiã, licet ſit dilatoꝛia, vt ibi videbitis, ⁊ vidiſtis not. in l. j. ꝭ. de iur. ⁊ fac. ign. ¶ Querit gl. ſcitis ꝙ femina nõ põt eſſe procuratrix, modo fuit queſitũ, vtrũ nõ poſſit poſt lit. conteſt. opponi. Gl. dicit ꝙ idẽ ſit in femina quod hic. Simile vidiſtis in reo accuſato, qui adhuc nõ purgauerat innocentiã ſuã, vt l. reũ. ꝭ. eo. tit. ¶ Sed quero, quid ſi in monacho ⁊ ſeruo non fuit oppoſita iſta exce. nunquid poterit poſtea opponi? Jac. de Are. dicit ꝙ ſic, qꝛ illi nec pro ſe, nec pro alio poſſunt eſſe in iudicio, in l. ſeruus. ꝭ. de iud. ſed miles põt eſſe i iudicio ſaltẽ pro ſe, vt l. qui ſtipẽdia. ꝭ. eo. ⁊ idẽ in excõmunicato ꝙ in ſeruo, qꝛ exceptio excõmuni. põt opponi in quacũqꝫ parte iudicij, vt in c. pia cõſideratione. de excep. lib. vj. ¶ Sed quid in exceptione illa, nõ põt eſſe proc. qꝛ cauſa capitalis fuit omiſſa ante lit. cõteſt. nũquid põt opponi. Reſponde tangit gl. in l. quãuis indubitati. ad l. Jul. de adul. quã gl. not. Jac. de Are. dicit ꝙ ratio huius l. eſt, qꝛ miles ſaltẽ ſuo nomine poterat eſſe in iudicio, nec alieno in iudicio eſſe põt (ſecus in eo qui neqꝫ ſuo, neqꝫ alieno eſſe põt) vt qꝛ ſeruus, vel monachꝰ. Puto dictũ Jac. verũ in exẽplo de ſeruo, non de monacho, qꝛ licet monachus non poſſit eſſe procuratoꝛ, vt l. ea lege. in gl. ſuo tñ noĩe eſſe põt, qđ probatur ꝭ. de epiſ. ⁊ cle. aut. cauſa que fit cũ monacho.

LEX XIIII.

a NOn eo minus. [a] Quod in fauoꝛẽ alicuius introductum eſt, nõ debet in eius leſionẽ cõuerti, vel aliter. Sentẽtia lata ꝓ ꝓcuratoꝛe minoꝛis nõ legitime cõſtituto nõ valet. h. d. ¶ Notabilia clara ſunt in ſummario. ¶ Opp. ff. qđ quiſqꝫ iur. l. iij. Sol. gl. hic loquit̃ in pꝛiuilegio cõceſſo de iure cõmuni. ibi de pꝛiuilegio cõceſſo ad poſtulationẽ partis. ¶ Quero de duobꝰ extra gl. hec lex loquitur, qñ fuit in iudicio procuratoꝛ minoꝛis. Quero qđ
b ſi ipſe minoꝛ [b] litigat? Gl. videt̃ dicere idẽ in l. j. ꝭ. qui legi. perſo. Ja. de Are. dicebat contrariũ. Dicã vobis ꝭ. in quib. cauſ. in integ. reſt. nõ eſt ne. l. ſi tutoꝛ. vbi quedã gl. videt̃ tãgere iſtã opi. ¶ Quero. qđ ſi iſta exceptio opponatur ante ſentẽtiã, an reddatur iudiciũ retro
c nullũ [c]? Breuiter doc. dicũt ſic, ꝙ ſi quidẽ eſt certũ, quod proceſſus facit pro minoꝛe, quoniã legitime datus eſt libellus, ⁊ fecit probationes, tunc proceſſus valeat, ſicut ſẽtẽtia per rationẽ generalem iſtius l. Si vero proceſſus faceret cõtra minoꝛẽ, vel eſſet dubiũ, tũc eſſet nullus ipſo iure, vt ꝭ. qui leg. perſo. l. j. cõiuncta l. ſi minoꝛ. in fi. ff. de mino. ¶ Sed contra hoc foꝛtiter facit l. fin. ꝭ. de eo qui pro tu. Sol. Dico quod illa lex debet intelligi ſecundum iſtam, videlicet quod reſcindatur proceſſus quatenus nõ facit pro minoꝛe. Dic vt dicam in d. l. ſi tutoꝛ. ꝭ. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſar.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Non eo minus. Circa iſtam l. adde pulchꝛã declarationem, quam ponit. Bald. in c. j. de reſcrip. P. PAV. P. ¶ Non eo minus. Uide circa intellectũ huius l. Pan. in ca. cauſam que. extra de iud. Item ꝙ iudiciũ cum minoꝛe ſit nullũ, vide Ant. conſil. xviij. poſt pꝛinc. ⁊ ibi idẽ dicit ſi factũ cum curatoꝛe, qui erat nulliter decretus. Et ibi etiã ꝙ fideiuſſoꝛes dati in tali iudicio nullo nõ teneãtur. Itẽ adde ꝙ ſi feratur ſentẽtia pro procuratoꝛe minoꝛis nõ legitime cõſtituto, valet in fauoꝛẽ minoꝛis, etiã ſi fuiſſet a pꝛincipio oppoſitũ contra procuratoꝛẽ ſi iudex eũ admiſit, vide Jo. de Ana. cõſi. xciij. ad fi. Itẽ ꝙ facta cũ minoꝛe valeãt, ſi in eius beneficiũ cadant, vide Alex. conſi. lix. in ij. volu. Si autem pars aduerſa opponat a pꝛincipio de minoꝛi etate, an proceſſus reddatur nullus, etiã pro minoꝛe. Pau. de Caſt. hic tenet quod ſic, ⁊ idẽ vult Jaſ. ⁊ ſentit hic Bald. ſed in c. j. de reſ. quem alleg. hic Jaſ. aliter loquitur, quia dixit ꝙ ſi non obſtãte appellatione iudex procedat põt appellare, qꝛ grauatur vt declarat Paul. de Caſt. hic ſi appellatur, ergo non videtur ꝓceſſus nullus. ideo ſi nõ appellet̃, videt̃ ꝙ valeat ꝓceſſus.

b POMA. ¶ Si ipſe minoꝛ. Hoc ſequitur Alexand. conſi. lix. vol. ij. vbi ſequitur hoc etiamſi minoꝛ talis eſſet in poteſtate patris, ⁊ litigaret ſine eius conſenſu.

c ☞ Nullum. Pro concoꝛdantia. Aduerte, nũquid ſñia lata pro aliquo qui litigabat cũ tutoꝛe alicuꝰ minoꝛis, qui tutoꝛ cauerat, vel alias nõ erat legitimus, noceat pupillo, ⁊ videt̃ ꝙ non, qꝛ ipſo iure nulla, ⁊ ideo nõ eſt opus reſtitutione. Ita Bar. per tex. expꝛeſſũ in l. ſi tutoꝛ. C. in quib. cau. in integ. reſt. nõ eſt nec. Sed cõtra videt̃ tenere Bar. in hac l. nõ eo minus, in qua vult ꝙ ſi ſit lata in fauoꝛem pupilli, valet. Tu dic, Bart. in hac l. nõ eo minus. dt ſe ſaluãdo, in-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tellige illam l. ſecundum iſtam, vt ibi dicam, vbi dicit, qđ lata ſentē-
tia pro minore valet eo ratificante, contra minorem autem eſt ipſo
iure nulla, ⁊ ita ſaluantur ille leges que vidētur cōtrarie ⁊ Barto.

ALIA LECTVRA.

**Non eo minus.** Illud ꝙ fauore alicuiꝰ eſt
introductū, non dꝫ in eius
diſpendiū retorqueri. h. d. ¶ Oppo. de l. iij. ff. ꝙ quiſqꝫ iur.
Soluit gl. ꝙ illa regula fallit hic. ¶ Quero, vos videtis ꝙ ſi mi-
nor litigat per procuratorē quantū ad damnum, ſententia non vꝫ,
ſed valet ſnīa lata pro minore. ¶ Quid ſi minor litigat per ſe, ⁊ nō
per procuratorem, ⁊ ſnīa venit pro eo, nunquid habet locum lex.
Gl. no. non hic, ſed in l. j. ꝟ. qui leg. perſo. ſtandi hab. in iudicio. dicit
ꝙ idem, ⁊ allegant hanc l. Vltramon. redarguunt dictū gl. Rn̄. qđ
iudiciū agitatum cū minore, non habet ſubſtantialia ſua. Non ob-
ſtat hec lex, qꝛ hec lex loquitur vbi iudiciū agitatur per procura-
torē, quantūcunqꝫ non idonee agitetur. Unde cū iudiciū habeat
ſubſtantialia ſua, non mirū ſi ſentētia valeat. Tu ſalua gl. ⁊ dicas,
ꝙ ſicut in cōtractibus quū minor facit conditionē ſuā meliorē, nō
non requiritur authoritas tutoris, vel curatoris ⁊ dicitur habere
legitimā perſonā, vt Inſti. de autho. tu. in prin. cū ſi. ita minor in iu-
diciis vbi quaſi cōtrahitur. l. iij. ꝟ. idē ſcribit. ff. de pecul. ſi facit con
ditionē ſuam meliorem, qꝛ ſentētia venit pro eo, dicitur habere le
gitimā perſonam. ꝙ eſt notandū. ¶ Sed quero, quid ſi nō eſt lata
a ſententia pro minore, [a] ſed apparet proceſſus agitatus cū mino-
re: Dic, aut apparet ex actitatis proceſſum facere pro minore, ſen
tentiam poſſe ferri pro eo, aut apparet totum cōtrarium. Primo
caſu, proceſſus valebit, ⁊ tenebit, ⁊ procedetur vlterius. Secundo
caſu non, per rationem huius l.

ADDITIO.

a ¶ Pro minore. Adde ꝙ ſpec. in ti. de actore. ꝟ. j. ver. quid ſi minor.
dicit quod ſi opponatur ante ſententiam, quod iudex nō debet vl-
terius procedere, qꝛ iudicium non debet claudicare. Jo. an. ibi di-
cit, ꝙ Ja. de Are. tenebat quod minor ſit repellendus, etiā ſi geſta
ſint in eius fauorē, proceſſus tamen tenebit, ⁊ ſtabit cuꝫ curatoris
authoritate vt feratur ſententia, arg. l. ſi id qđ. ꝟ. j. de reſc. ven. ⁊ ean
dem opi. dicit tenere Uber. de Bo. ⁊ cum his trāſire ipſe videtur.

LEX XV.

**Item.** Pacta de quota litis, etiam in procuratore
reprobātur. h. d. vel aliter. Exceptio qđ pro-
curator pactus eſt de quota litis eum ab agēdo repellit.
hoc dicit. ¶ Not. quod pactum de quota litis reprobatur in pro-
curatore, ⁊ facit eum repelli ab agendo. ¶ Nō. ꝙ officium procur.
debet eſſe gratuitū. ¶ Opp. de l. ſi remunerandi. in prin. ⁊ l. ſalariū.
ff. man. Sol. Procurator bene poteſt recipere ſalarium honeſtum:
ſed paciſcendo de quota litis, reprobatur, vt hic, ⁊ l. ſi contra lici-
tum. ꝟ. man. ⁊ l. militem. ſ. eo. Quero pone ꝙ in inſtrumento procu-
rationis mee continetur ſalariū mihi promiſſum. op. mihi, tu nō es
procur. quia officium proc. debet eſſe gratuitū, vt hic, ⁊ l. j. in princ.
ff. eo. Ueritas eſt iſta. Si nos querimus de poteſtate agendi con-
tra alium, quantū ad illud ego dicor procurator ſiue habeam pe-
cuniam ſiue non, ſufficit enim ꝙ eius voluntate, ⁊ eius mandato
exerceam eius actionem, ⁊ ita loquuntur omnes tex. ⁊ glo. qui pa-
tiuntur procuratori promitti ſalarium. videbitis ꝟ. man. l. ſalariū.
Si vero querimus que actio oriatur inter mandantē ⁊ eum cui ſit
mandatum, tunc eſt recurrēdum ad illam diſtinctionem, aut enim
quis ſuſcepit mandatum gratuito, ⁊ habet locum actio mandati,
vt l. j. ff. man. Aut non gratuito, ⁊ tunc aut eſt contractus locatio-
nis, aut cōtractus innominatus. Iſtam diſtinctionem de verbo ad
verbum probat tex. in l. naturalis. ꝟ. pen. de preſcrip. ver. ⁊ ſic pars.
contra quam agitur, non poteſt opponere, tu non es procurator,
quia habes ſalarium, quia quātum ad eam dicor procurator, ago
enim domini voluntate. Ita debes intelligere hanc materiam, ⁊c.

LEX XVI.

**Procuratorem.** Procurator ⁊ actor nō
poſſit alienare, niſi hoc
ſpecialiter ſit mandatum, vel habeat generale cum li-
bera. hoc dicit. ¶ Op. de l. procurator cui generaliter.
ff. eo. Sol. fateor, quod ſufficit generale mandatū cum libera, ſi ha-
beat ſpeciale mandatum, hec eſt verā opin. licet quidam doc. anti-
qui diſtinguant inter procuratorem ⁊ tutorem, ⁊ tutorem ⁊ pro-
curatorem cum libera, que diſtinctio reprobatur per noſtros doc.
¶ Quero, de quo actore loquitur hic. Quidā intelligunt de acto-
re, hoc eſt caſtaldione, ⁊ ſic non curant, an ſit ſeruus, vel liber. Alij
dicunt, quod loquitur de actore conſtituto a tutore, vel curatore,
nam in iſto generali mandato non venit vt poſſit alienare, niſi ſpe-
cialiter ſit ei mandatum. Et hec eſt vera, ⁊ hanc teneas.

ALIA LECTVRA.

**Procuratorem.** Procurator non habēs
ſpeciale mandatum, vel
generale cum libera nō poteſt alienare. h. d. ¶ No. ꝙ dixi
in ſummario inquantum hec lex ſecundum primam lect. gl. loqui-
tur in actore conſtituto a tutore non ſpecialiter, a contrario ſenſu
huius l. quod actor conſtitutus a tutore habens ſpeciale manda-
tum a tutore de vēdendo poteſt vendere, quod puto falſum, quia
nec ipſe tutor poſſet vendere, vt ꝟ. de admi. tut. l. lex que tutores.

LEX XVII.

2 ☞ Inuitus quando quis dicatur.
4 Procurator generalis ad lites preſentes, ⁊ futuras, poteſt ap-
pellare, ⁊ appellationem proſequi.
5 Procurator in cauſa, poteſt petere reſtitutionem in integ.
7 Paupertas in appellat. exercenda excuſat.
8 Quis quando teneatur appellationem proſequi.
9 Defenſor ſine mandato, an teneat̄ appellationē proſequi, ⁊ actor.
10 Uollens exercere appellationem ex parte rei quis poteſt.
11 Procurat. actoris ſiue rei, quando teneatur dominum defendere.

a **Inuitus.** [a] Hec lex conſueuit reputari diffici-
lis, ⁊ habet varias lect. ſecundū lect.
verā, ⁊ claram, que ponitur circa ſi. vlti. gl. Breuiter di-
cit quod non cogitur quis procurationem ſuſcipere,
ex parte actoris vel rei. ⁊ qui ſuſcipit, debet appellare, non tamen
appellationem proſequi. h. d. ¶ Tres principales habet partes.
Primo loquitur in procuratore actoris, ſecundo in procuratore
rei. tertio ponit regulam generalem. Secunda ibi, ſed nec. Tertia
ibi, cum fidem. Iterum prima ſubdiuiditur, nam prima loquitur
antequam procurationē ſuſceperit. Secunda loquitur, quādo ea
1 ſuſcepta ad quid extendatur. Secunda ibi, nec eadem. ¶ † Not. ex
prima parte, quod nemo cogitur inuitus ſuſcipere officium pro-
curationis, ⁊ iſtius prime particule lect. non variatur. ¶ Opp. ad
hanc partem de l. iij. ſ. eo. Dicit gl. non cōpellitur preciſe, ſed cau-
ſatiue, vt ibi. Tu dic quod hic loquitur in procuratore, qui non
cogitur inuitus, ibi loquitur in tutore, qui poteſt etiam cogi pre-
ciſe, vt ibi dixi. Circa iſtam primā partem, quādo quis dicatur in-
2 uitus, † gloſ. remittit ⁊ bene, ad no. in l. filius. ꝟ. inuitus. ff. eo. ⁊ dic
vt ibi. Ego dixi latius in l. que dotis. ff. ſol. mat. ¶ Uenio ad ſecun-
3 dam particulā, ex qua not. † quod qui procurationē ſuſcepit, tene-
tur peragere cauſam primā, ⁊ appellare ſi ſuccumbit, non autem
b proſequi [b]. ſecundū opi. veram, quam teneo, licet Pla. aliter dixe-
rit, ⁊ ſic iſte ver. variatur duob. mod. vt dicam. ¶ Oppo. ff. an per
alium cauſa ap. l. ſi. vbi videtur ꝙ per procuratorē debeat agi cau-
ſa ap. Sol. Pla. fatebatur contrarium. ⁊ ſic intelligebat hic ꝙ non
tenetur cauſam exercere vltra, niſi opus fuerit appellatione appel-
lare enim debet ⁊ proſequi. Iſta eius lec. eſt cōtra caſum. l. ſi actor.
ꝟ. de appel. ideo tene precedentē lect. ¶ Nōn ob. l. ſi. an per alium
4 cau. appel. quia ibi loquitur in procuratore † generali, qui poteſt
appellare ⁊ appellationē proſequi ex virtute generalis mandati.
Et intellige generale ad lites preſentes, ⁊ futuras. vt not. in l. om-
nium. ff. eod. ⁊ l. damni. ꝟ. ſi is qui vicinas. de dam. infect. hic loqui-
tur in ſpeciali. cuius mandati vigore non poteſt cauſam appella-
tionis exercere, vt d. l. ſi actor. ⁊ hic. Uel aliter ibi fuit mādatum de
exercenda lite, ⁊ etiam proſequenda appellatione, ſi opus fuerit.
vnde expreſſe fuit dictum. ꝙ poſſit appellationē proſequi. alias ſe-
cus. ¶ Itē op. ad idē. ff. eo. l. qui proprio. ꝟ. itē queritur. Sol. Ille
ꝟ. habet multas lec. ⁊ ſecundū aliquos in nulla obſtat, ſed ſecundū
5 vltimā videtur cōtradicere. Sed ſolue, † aliud in cauſa reſtitutio-
nis in integrū, aliud in cauſa app. Ratio, qꝛ reſtitutio impetratur
coram eodē iudice. Itē videtur eſſe eadē cauſa cū prima, non enim
conqueror de iudice, nec de ſentētia. ſed de mei facilitate. ¶ Opp.
6 tertio ad idē de l. in cōmodato. ꝟ. ſicut autē. ff. cōmo. † Sol. gl. ap-
pellare nō eſt inchoare proceſſum ſuper appellatiōe. ſed eſt quod-
dam preparatoriū ad illud. Unde non videtur negotiū eſſe ceptū.
¶ Ultimo op. hic dicitur. ꝙ debet prouocare, licet non proſequi.
Contra in l. ſi procuratorē. ꝟ. ſi ignorātes. ff. man. Gl. dicit, hoc eſt
c verū, niſi excuſetur propter paupertatē [c]. Sed contra hoc inſiſto.
Que enim excuſatio propter paupertatē poteſt eſſe in appellādo,
hoc nō videtur verū. cū poſſit appellare viua voce, vt l. litigatoris.
ꝟ. de ap. ⁊ in l. j. in ſi. ⁊ l. ij. ff. de app. dicūt quidā, ꝙ forte erat neceſſe
appellare in ſcriptis, vel ſecundū ſtatuta ciuitatis erat neceſſe ꝙ
fieret aliqđ depoſitū, vel forte debebat ſolui decima. Iſte ſunt diui-
nationes. Uerus intellectus eſt, qđ ille ꝟ. ſi ignorātes. nō loquitur
de appellatiōe interponēda, ſed loquit̄ de appellatione exercēda
7 † quā quis tenetur proſequi, niſi propter paupertatē excuſetur. vt
8 ibi diſtinguitur. ¶ † Sed tunc imitatur [d], ſecundū hoc. caſus illius
d legis erit cōtra caſum huius l. Breuiter, quandoqꝫ quis eſt in iu-
dicio nomine alieno, ⁊ ad cōmodum alienū, ⁊ tunc habet locū ma-
teria noſtra. In qua diſtingue, aut loquimur in procuratore gene-
rali, aut ſpeciali. ⁊ ſi in ſpeciali, aut fuit appoſitum in mandato de
proſequēdo appellationē, aut nō, vt patet ex predictis. Et predi-
cta intelligo quando eſt appellatū a diffinitiua. ſi enim appellare-
tur ab interlocutoria, tunc teneretur quis appellationē proſequi,
arg. l. ad rem. ⁊ l. ad legatū. ff. de procur. Quandoqꝫ quis eſt in iu-
dicio

dicio nomine ſuo,ad commodum ſuum,⁊ commodum alienum,vt
fideiuſſor ⁊ emptor, tunc tenetur appellare ⁊ appellationē proſe-
qui,ſi per ſententiā fuit iniuſte grauatus,alias ſecus, vt l.Heren-
nius.§.Caia.ff.de euictio.⁊ quod ibi no.in gl.niſi excuſetur propter
paupertatē,vt d.l.ſi procurator.§.ſi ignorātes. Quādoqꝫ quis eſt
in iudicio nomine ſuo,⁊ ad commodum ſuum,vel nomine alieno,⁊
ad cōmodum ſuum,vt procurator in rem ſuam,tūc non eſt dubiū,
quod non tenetur appellationē proſequi,quia in re propria,⁊c. vt
l.in re mandata.j.mand.⁊ l.ſi cōſtante.§.ſiue.ff.ſol.mat.imo poteſt,
ſi vult,actioni iam propoſite renunciare,vt l.quis libellos.j.de ap-
pella. Ita debetis intelligere hanc materiam,⁊ habes expeditam
9 iſtam ſecundam glo.quam vide.¶ †Quero circa hanc partē,quid
in defenſore ſine mādato,an teneatur appellationē proſequi? Dic
vt in l.liberto.§.ſi.de neg.geſt. ¶ Quero quid in actore. Dic vt in
l.ſi actor.j.de app.¶ Quero,licet inuitus quis non cogatur exer-
10 cere appellationē,an volens exercere poſſit? Certe † aut loquitur
ex parte actoris,⁊ nō poteſt,aut ex parte rei,⁊ tunc poteſt,vt l.ſi a-
ctor.j.de appel.⁊ ibi dixi.¶ Venio ad tertiam partem.ſ.ad ver.ſed
nec defenſionē. Et iſte verſic.legitur duobus modis principaliter.
Primo quod loquitur in procuratore actoris,ſicut ſ. Secūdo,ꝙ
loquitur in procuratorē rei.Et iſtam lect.vobis tenui. Item ſecū-
dum j.lec.ſubdiuiditur in tres lec.quia quidam intelligunt de pro-
curatore actoris ante preſtitam ſatiſdationē de defendēdo: alij de
procura.actoris poſt preſtitam ſatiſdationē de defendendo,⁊ que-
ritur an poſſit cogi defendere a reo. Alij,an poſſit cogi defendere
ab ipſo actore,qui eū dedit.⁊ ſic in ſumma quatuor lec. ſunt. pono
ſecūdū primam.l.dicit quod procurator actoris nō cogitur ipſum
11 actorem defendere. ¶ †Contra hanc opin.op.ſ.eod.l.actionē.⁊ l.
inuitus.§.pena.ff.eo. So. Non cogitur quis defendere inuitus pre-
ciſe,vt hic,ſed cogitur cauſatiue.ſ.ſi vult audiri ſuper actione intē-
tata.¶ Sed contra op.de l.ſi procuratorē.§.ſi ignorantes.ff.man.
Sol.Fateor,ꝙ tenebitur domino actione mādati,ad intereſſe tan-
tum,cum non cogatur preciſe defendere. ¶ Opp.tertio ad iſtam
lec.cum tibi mandatur vt agas videtur etiam mādatum vt defen-
das,quia omnia videntur eſſe mandata,ſine quibus illud expediri
non poteſt,vt ff.eo.l.ad rem,⁊ l.ad legatum.ſi videtur mādatum,⁊
ipſe non implet, apparet ꝙ nō implet fidem ſuſceptam ⁊ ſic ratio,
que ſequitur,non bene adaptatur. Huius timore gloſ. recedit ab
iſta lec.⁊ legitur alio modo. Non poſſumus ſuſtinere iſtā lec. quia
hic loquitur quādo poſt lit.conteſt.petebatur a procuratore cau-
tio de defendendo,quod nō poteſt fieri,vt l.Pomponius.§.rati.ff.
eo.⁊ l.j.j.de ſatiſdādo.Et ita intellexerunt antiqui,dum poſuerunt
hic caſum ibi dum gl.dicit,puta egit procurator contra aliquē.Et
ſic no.ꝙ dicit egit.⁊ ſic innuit litē fuiſſe conteſt. vt l.amplius. ff.rem
ra.hab. Non ob.ꝙ dicitur de fide ſuſcepta,quia tenendo iſtam lec.
ille ver.cum fidem.refertur ad precedentia,nō ad proxima.⁊ ſic ille
verſi.legitur duobus modis. Vel aliter dicamus,quod iſta j.lec.lo-
quitur quando egit,⁊ perfecit. Sicut enim nō cogitur cauſam ap-
pellationis proſequi poſt latam ſententiam,ita non cogatur acto-
rem abſentem poſt latā ſententiam defendere,ꝙ tunc bene ſequitur
ratio,cum fidem ſuſceptā,⁊c.que ratio poteſt referri ad omnia pre-
cedentia.Et hec lec.poteſt eſſe ſatis bona. Tertio modo legitur in
procuratore actoris,qui ſatiſdedit de defendēdo,nō tamē cogitur
preciſe defendere,ſed ſufficit ꝙ preſtet intereſſe. Iſta lec.probatur
per gl.⁊ per l.ſed ⁊ he.§.preter.ff.eo. Alij dicunt,ꝙ nō cogitur pre-
ciſe defendere ab abſente,ſed ab aduerſario ſic.quod gl.reprehen-
dit per l.ſi defunct⁹.ff.eo.hoc antē qualiter procedit,dic vt l.filius.
§.ſi.cum l.ſequen.ff.eo.⁊ quod not.in l.ſed ⁊ he.§.preter.Et pro cer-
to hec bene ſuſtineri non poſſet. Secunda lec.eſt, quod loquatur
in procuratore rei,⁊ iſtam vobis tenui,⁊ iſta eſt ſatis clara.

ADDITIONES.

a ¶ Inuitus. An autē defenſor cogat appellare, vide tex.in l.liberto.§.litem.de neg.geſt.⁊ Rom.ſingul.cccclxxvij.incip.procurator.

b ¶ Proſequi. Adde quod idem tenet Rota.in nouiſſim.deciſio. niſi habuerit mandatum ad agendum appellandum,⁊ appellationem proſequendam, quia tunc tenetur proſequi licet proteſtetur quod non velit proſequi,vt habere in ordine cxlvij.

c ¶ Paupertatem. Adde an pauperi currant tempora appellationis proſequende Bal.quod non conſi.v.iij.lib.

d AND. BARB. ¶ Sed tunc inſtatur.Et ratio eſt ſecūdū Bal. quia nondū eſt functus officio ſuo quia videtur habere mādatum ad omnia emergētia.Et idē ſi reſtitutio in integ.peteretur incidenter.vt j.vbi ⁊ apud quos.l.j.in fi.⁊ maxime hoc verū ſecundum ius canonicum,ſcilicet,quod appellatio ab interlocutoria impugnatur, ⁊ iuſtificatur ex actis primis ⁊ non ex nouis allegationibus, in cle.appellanti.de appella.⁊ vide conſi.Dyn.ſuper hoc.

ALIA LECTVRA.

Inuitus. Iſta l.habet duas lec. in gl. principales. Prima lect.eſt quod l. iſta loquatur in procuratore actoris,⁊ iſta prima lec.diuiditur in tres partes,vt j.patebit. Secūda lect.eſt,ꝙ hec lex vſqꝫ ad ver.ſed nec loquatur in procuratore actoris,vel defenſore ex parte rei.⁊ iſta lec. eſt vera,⁊ eam proſequar.⁊ iſtā proſequitur gl.ſi.circa ſi.cū dicit,tu dicas quarto modo. Secundū hanc lec.iſta lex diuiditur in duas partes. Secūda ibi,ſed nec.⁊ in ſumma hoc intēdit. Officiū procuratoris ſiue ex parte actoris,ſiue ex parte rei,eſt voluntariū, ⁊ neceſſariū.h.d.ſecundū verā lect.¶ Opp.ff.ad munic.de l.munerum. quaſi per totā l.ff.de mu.⁊ ho.Solu.ꝙ munera publica authoritate,⁊ vtilitate,vel authoritate tantum,quis cogatur ſuſcipere,vt in cōtrarijs,ſed munera priuata authoritate,⁊ vtilitate,vt puta officiū procuratoris quis nō cogitur ſuſcipere,vt hic. Item op.cōtra ver.ſed nec.⁊ ſum in gl.ſi.dicitur hic, quod quis nō cogitur ſuſcipere defenſionē.cōtra de l.ſeruū quoqꝫ.§. ait Pretor. ff.eo.l.ſed ⁊ he.§.defendere.⁊ §.preter.in eo.tit.Huius timore variatus eſt intellectus huius verſi.principaliter duobus modis.Nam quidā intelligunt verſic.hunc ⁊ totam l.in procuratore actoris. Quidā intelligunt in procuratore rei vel in defenſore.Volentes tenere primam opini.dicunt.ꝙ procurator ex parte actoris nō cogitur defendere actorē in cauſa reconuentionis.ſ.preciſe,ſed cauſatiue ſic,vt in cōtrarijs.⁊ iſta fuit ſecunda lec.vt in gl.ibi dū dicit. Alij dicunt,ꝙ iſta lec.non eſt bona.⁊ eſt cōtra d.§.preter.⁊ quod ibi no. quod procurator actoris cogitur preciſe defendere,⁊ dic vt ibi de hac materia.¶ Secunda fuit lectura,licet ſit tertia in gloſ.quod ab abſente quis non poteſt cogi vt eum defendat, vt hic, ſed ab aduerſario, cum quo litigat,ſic,vt in contrarijs. Hanc reprobat gloſ. quia eſt contra l.ſi defunctus,⁊ quod ibi nota.ff.eod. Unde alij volētes tenere primam lec.dixerunt aliter,⁊ iſta lec.eſt j.in glo.licet ſit ſecūda quo ad me,quia quis nō cogitur ſubire defenſionē actoris, quantum ad hoc vt aliquam penam patiatur quo ad aduerſariū ſuum, niſi quod denegabitur ſibi actio, ſi non vult defendere actorem in cauſa reconuentionis,vt l.actionem. ſ.e.l.inuitus.§. pena.ff.eo.tamen abſenti tenebitur ad intereſſe.Iſta eſt lec.vlt.huius l.licet prima in gl.lec.iſta reprobatur per gl.⁊ merito,quia videbitur contra hunc tex.in ſi.cum dicit ſuſceptam,quia ſi non cogeretur procurator defendere actorē in cauſa recōuētionis,nō diceretur adimplere ſuſceptā fidem,quia ſicut videtur mādatū exercitū principalis, ita videtur mandatum illud,ſine quo explicari non poteſt, vt l.actionē.ſ.e.l.ſeruum quoqꝫ.§.ait Pretor.ff.eo.iuncta.l.ad rem. ⁊ ad legatum.ff.eo.Reiectis ergo tribus lec.que omnes cōcludunt hāc legem loqui in procuratore actoris. Tene ergo lect.principalem, que eſt in ſi.gl.que incipit.Et dicas quarto modo,⁊ hunc tex.ſuſceptam,expone vt glo.exponit. ¶ Quero, quis dicatur inuitus? Tex.eſt in l.inuitus.§.inuitus.ff.e.¶ Aduerte,ꝙ tex loquitur,quia non probatur cōſentire,⁊ ſic glo.non hic, ſed in preall.§.inuitus, exponit illud brocardū.vtrū taciturnitas habeatur pro conſenſu, vbi expedit,tāgit in l.Caius.de pig.actio.l.qui vas.ff.de fur. Dyn. in c.qui tacet.extra de reg.iur. Ia.de Are.tangit in l.ij.§. voluntatem.ff.ſol.ma. Aduerte,quia ſunt duo extrema,videlicet expreſſus cōſenſus ex vna parte,vel expreſſa cōdictio ex altera. Iſta duo extrema habent vnum medium,ꝙ dicitur taciturnitas,vel patiētia. Modo circa iſtud medium procedit brocardū,⁊ tunc ſi circa tale mediū reperitur aliqua legis diſpoſitio,tunc illam ſequimur, ⁊ ita debet intelligi l.j.§.ſi autē.ff.ad Treb. Si vero nō reperitur aliqua legis diſpoſitio,tunc loquimur aut de patientia, vel taciturnitate hominis furioſi,aut hominis ſane mentis. Primo caſu quando actus validatur ſolo cōſenſu,⁊ patiētia furioſi non habetur pro cōſenſu.l.qui ad certum,ff.locati vel conducti. Fallit in l.ij.§. voluntatem.ff.ſolu.matri. Si vero non validatur conſenſu, tunc patientia operatur obligationē furioſi,vt l.iij.§.⁊ ſi furioſi.ff.de neg. geſt. Si vero loquatur de patientia hominis ſane mentis, tunc capias regulā,ꝙ tacens neqꝫ videtur cōſentire,neqꝫ cōtradicere.Fallit in quibuſdā,in quibus habetur pro cōſentiente,vt puta ratione publice vtilitatis,vt l.j.de admi.tut. Item fauore matrimonij, vt l.in ſponſalib.ff.de ſponſa. ¶ Item fallit ratione coniunctionis, vel affinitatis,vt l.ſi ſeruus communis.ff.de donatio.inte vir.⁊ vxor. ¶ Ex iſto vltimo quantū ad materiam noſtram,nota ꝙ vbi ſuadet ratio coniunctionis,vel proximitatis,tacens habetur pro conſentiente, videlicet,ꝙ ſi ego conſtituo te cōſanguineū meū procuratorē,⁊ tu tu taces, ꝙ tu videaris conſentire, ⁊ iſto caſu accipietur inuitus, qui expreſſe cōtradicit.arg.l.ſi ſeruus.alleg.Et ex hoc inferunt doctores, ꝙ idem ſit in amicis, de preſenti vero amicitia, argu.l.late culpe,ff.de ver.ſign.⁊ valet.ꝙ ſi ſocius tuus,vel multum amicus,⁊ multo magis ſi ſit conſanguineus portans libros ad te,⁊ reportet in camera tua,licet tu expreſſe non conſentias,tamen tu teneberis depoſiti,per dictam rationem.¶ Quero,nunquid procurator cogatur proſequi cauſam appellationis. Gloſſ.que incipit, cogitur enim,examinat hic ⁊ concludit ꝙ teneatur appellare,⁊ non proſequi.⁊ dic vt in gloſſ. ¶ Item quero,nunquid indiſtincte teneatur appellare,⁊ non proſequi.⁊ dic vt in gl. Item quero,nūquid indiſtincte teneatur appellare? dic,quāqꝫ contingit ꝙ apparet ex acti-

procuratorem fouere malam cauſam, quandoqꝫ apparet ex actis
fouere iuſtam cauſam.quandoqꝫ dubitatur.Primo caſu dic quod
non tenetur appellare, imo bonam fidem agnoſcere debet.argu.l.
quoties.§.ſicut.ff.de admi.tut.l.ſi fide.§.quedam.ff.manda. In ſe-
cundo caſu,vbi apparet procuratorem fouere iuſtam cauſam, di-
cas quod tenetur appellare. Tertio caſu,ſcilicet in dubio non te-
netur appellare,quia ſemper eſt preſumptio pro ſentētia lata con-
tra eum,contra quem profertur.l.Herennius.§.Caia.⁊ ibi no.ff.de
euict. Debet tamen denunciare domino, vt appellet,ſi vult. Sed
quero,quid ſi velit proſequi appellationē,nunquid debet admitti.
De hoc vidiſtis gl.in ſimili in l.ſi actor.j.de appel.quia debet ad-
mitti tanquam defenſor,non tāquam procurator. ¶ Item quero,
quid in defenſore, nunquid defenſor ex parte rei,contra quem eſt
lata ſentētia,teneatur appellare? Dic ꝙ ſic dūmodo veniat ad ple-
ne defendendū,non ad allegandū cauſas abſentie,vt l.liberto.§.fi.
ff.de neg.geſt.Poſſes tamē diſtinguere,vt ſ.dixi in procuratore,in
l.inuitus.in gl.ad illud quod gl.dicit per l.qui proprio.§.itē queri-
tur.ff.eo.ſecundū vnā lect.Nam ſicut ibi procurator datus ad vnā
litem principalē,etiā cauſam reſtitutionis exercet,vt ibi videbatur
quod etiā exercet cauſam appellationis,maxime cū cauſa reſtitu-
tionis,⁊ appellationis videatur equiparari.vt l.preſes.ff.de mino.
hoc tamē non eſt verū. Nec obſt.ſi cauſam reſtitutionis exercet,⁊
non appellationis.Ratio eſt quia reſtitutio dicitur de appēdicijs
prime cauſe,vt no.gl.in prealle.§.itē queritur.Appellatio vero nō
eſt de appendicijs prime cauſe,imo diuerſa ab omni inſtantia.arg.
l.ita demum.ſ.eo.l.cum apud.ff.iu.ſol.quod probatur ſic.Nam re-
ſtitutionem indulget ipſe Princeps. Vide in l.eos.j.de appel.⁊ l.j.
ff.eo.ergo patet vnam eſſe dependentiam a prima,ſicut aliam.

LEX XVIII.

1 Mulier non admittitur ad defendendum alios.
2 Mater admittitur ad defendendum filium.
4 Mulier quando pro alio admittitur,an iuuetur Velleiano.

a ALienam.[a] Mater non poteſt defendere filiū
pupillū, ſed eidem tutorem petere.
1 h.d. ¶ No.pulcherrimā legem.Ex qua no.[1] ꝙ mulieres
nō admittuntur ad defendendū alios. ¶ Opp.ff.de ap-
pel.re.l.j.Sol.Speciale in cauſa appellationis,vt mater admitta-
2 tur[2] ad defendendū filiū.Ratio quia contra eum poteſt peruenīri
ad diffinitiuā ſententiam, non ita in cauſa principali. nam contra
pupillū non pōt perueniri ad ſecundū decretū,vt l.apud Iulianū.
ex quib.cauſ.in poſſ.ea. Vnde cū nō poſſit parari plenū preiudiciū
ibi non admitteretur ad eum defendendū,ſed ſi eſſet caſus,in quo
contra eū poſſet perueniri ad diffinitiuā ſententiā,vel plenū preiu-
diciū puto ꝙ admitteretur mater.ſicut in cauſa appellationis, vt legi-
bus contrarijs. ¶ Opp.de l.feminis.ff.eo.Sol.ibi admittitur pro
patre.q: ei non poteſt conſuli per tutorē,ſed huic filio poteſt con-
ſuli per tutorē. Sed ſi poneremus quod nō poſſet cōſuli huic filio
per tutorē eſſet eadē ratio que in patre,⁊ haberet locū d.l.feminis.
3 Quero,[3] vtrum in omnib.caſibus,in quibus poteſt pro alio age-
re,poſſit ⁊ defendere? Gl.hic dicit ꝙ ſic,⁊ vide eam. Iſtud arg.non
videtur cōcludere in muliere. Nam defendendo aliū videtur in-
tercedere,⁊ ſic iuuatur velleiano,ꝙ non fit agendo.per quod qui-
4 dam reprehendunt iſtā gl. ¶ [4] Sed pro huius declaratione eſt vi-
dendū, an in huiuſmodi caſibus,in quibus mulier admittitur pro
alio,iuuetur Velleiano? Gl.tangit in d.l.feminis.ff.eo. Et quidam
dicunt ꝙ non iuuatur,ne quis decipiatur legis authoritate.⁊ vidi-
ſtis ſ.eo.l.exigēdi.⁊ l.j.j.de his qui ve.eta.impet. Alij dicūt,⁊ iſtud
puto verum,ꝙ mulier iuuetur Velleiano, niſi renunciauerit,vt j.
quando mu.tut.offic.fun.po.auth.matri ⁊ aue,⁊ in corpore.vt ſine
prohibitione ma.§.quia vero. Et ſi dicis, quod quis decipitur legis
authoritate,non eſt verū,imo decipitur ſua ſtultitia,q: renunciare
non fecit.ad hoc ff.ſi quis in ius voc.non ie.l.j.qui ſatiſd.cog.l.j.⁊c.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ Alienam. Idem intellige quod non admit-
titur ad plene defendendum, ſed bene ad allegandum cauſas ab-
ſentie,vt l.ſeruum quoque.§.publice.ff.eod. vide domi. Anto.in c.
ſignificantibus.de offic.deleg.vbi colligit quod mater agit pro fi-
lio.vide l.ij.j.de neg.geſt.⁊ ibi Bart.
¶ Aduerte,quod Barto.allegatur contrariari in hac l.alienam.
Sed pro ſol.vide concordan.ad l.j.ff.de appel.reci.
* IOAN. FRANC. RVER. ¶ Puto verū. ADDE quod
Bar.tenet cōtrariū in l.j.ff.de app.reci.ibi no.⁊ eius opi.hic eſt re-
probata cōmuniter vt ibi no.Ang.Aret.⁊ ſeq.Sal.Bal.⁊ Iaſ.hic.

ALIA LECTVRA.

ALienam. Mater non poteſt eſſe procuratrix
pro filio in iudicio ſed tutorem debet
petere. ¶ Opp.de l.j.ff.de appel.reci.Sol.ꝙ ibi eſt caſus
ſpecialis. ¶ Item op.de l.feminis.ff.eo.Sol.quod licet pro patre
mulier poſſit eſſe in iudicio, vt in contrario, tamen pro filio non.
Reſpon.quia filio poteſt prouidere de tutore. ¶ Aduerte,quia ſi
eſſet filius pubes, ſicut mulier poteſt eſſe pro patre , ita pro filio
multo magis,quia eadem ratio eſt,multo maior. ¶ Quero,quali-
ter debet intelligi iſtud verbum petere. Vide gloſ.not.debet enim
intelligi cum effectu,nunquam autem ſine.

LEX XIX.

a SI pretium.[a] Pretium conuerſum in vtilita-
tem domini vendicantis rem em-
ptori venditam,debet reſtitui.h.d.in ſumma ⁊c.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Si pretium. Sed ſi fiat de neceſſitate rei
dominice,vt quia vendidit vinum, vel frumentum domini, ad vti-
litatem eius,talis alienatio valet.quod tene menti.

LEX XX.

1 Conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam vel poſt,
in quo differat.
2 Procurator poſt litem cōteſtatam quando poſſit aliū ſubſtituere.
a NIhil[a] Quero pro declaratione huius tex.in quo
1 [1] nihil intereſt.Gloſ.tua dicit primo quo ad
dandi facultatem,quia ita poteſt dari poſt litem conte.
ſicut ante. Itē etiā alia, ſcilicet in ſatiſdatione, q: ſicut
ſatiſdat procurator,qui interuenit ante litem conteſtatam, ita ſa-
tiſdat procurator,qui interuenit poſt lit.cōteſtatā.vt hic ⁊ de con-
ſor.eiuſdē litis l.ij. Item tertio,nihil intereſt,ſcilicet in modo con-
demnandi,nam ſicut condēnatur procurator interueniēs ante lit.
conteſtatā,ſic condēnatur procurator interueniens poſt lit.conte.
vt plene dixi in l.j.j.de ſent. Addit gl.notabile verbū,quod eſt ve-
rum,niſi quando verba ſentētie non poſſunt proferri in perſonam
procuratoris,proferuntur in perſona domini, vt in iniuria ⁊ ma-
trimonio. Ita dicit gl.⁊ bene no.quam vide. Quarto, quantum ad
euitandū infamiam nihil intereſt. q: ſicut euitatur infamia, quādo
procurator interuenit ante lit.conteſtatā.ita euitatur quando inter-
uenit poſt vt l.furti.§.ſi quis alieno.de his qui not.infa.licet Gul.
b dixerit contrariū. ¶ Quero,an procurator[b] conſtitutus poſt lit.
2 conteſt.poſſit aliū conſtituere procuratorē. Videtur quod ſic,vt
l.neqꝫ an ff.ſ.ea.l.⁊ j.eo.l.procuratoribus.⁊ l.nulla.dicit gl.cōtra.nam
ideo poteſt conſtituere procuratorem poſt litem conteſt.quia per
conteſtationem eſt effectus dominus litis,ſed ille,qui conſtituitur
poſt litem conteſt.non poteſt effici dominus litis per conteſtatio-
nem,ergo procuratorē ſubſtituere non poterit. Et in hoc intereſt,
vtrum detur procurator ante litem conteſtat.vel poſt. Et ſic fallit
hec regula,doct. Vltramon.dicunt contrarium, quod procurator
etiam poſt lit.conteſta.conſtitutus,poterit alium ſubſtituere.nam
cum ipſe incepit tractare merita cauſe efficitur dominus litis,Ego
dico ſic.⁊ aduerte tranſlatio litis de domino in procuratorem,vel
de vno procuratore in alium, poteſt fieri trib.mod. Primo quod
omnia de nouo repetantur, ſecundum quod no.in l.mutari.ff.eo.⁊
tunc nō eſt dubiū qō talis procurator poterit ſuſtinere.q: videtur
de nouo lit.cōteſt.eſſe. ¶ Quādoqꝫ fit trāſlatio per modū ceſſionis,q:
ius inſtantie, ꝙ eſt apud primū transfertur in ſecundū, vt ff.eo.l.in
cauſe.§.fi.⁊ §.ſi ex parte,tunc idem ſicut dicimus in procuratore in
rem ſuam,vt l.illam.j.de dona.⁊ in l.qui ſtipendia.ſ.eo.⁊ no.in l.qō
quis.ſ.eo. Quādoqꝫ procurator ſimpliciter cōſtituitur poſt litem
conteſt.ad exercendū illud ius inſtantie ꝙ competeret domino,vel
c primo procuratori,tunc verū puto[c] iſtā gl.dicere q: cum primus,
d qui conteſtatus eſt litē, ſit dominus litis[d], alius dūs eſſe nō poteſt,
cum dominū litis eſſe non poteſt apud plurimos,vt l.ij.§.ex plu-
ribus.de acq.poſ.⁊ l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.cōmoda.

ADDITIONES.

a Nihil. Pro ſaluatione Bartol.in hac l.nihil.in qua arguit de
contrarietate,vide concordantiam quam poſui ad l.ab executore.
in §.iiij.ff.de appel.
b AND. BARB. ¶ Quero,an procurator. Arch.tenet contra-
rium quod procurator poſt litem conteſta.conſtitutus non poſſit
aliū ſubſtituere,niſi de hoc haberet mandatū. Ita no.ipſe in c.j.
de procurat.in vj. Sed opi.Vltramon.eſt verior,quod eſt effectus
dominus litis,quia ſententia fertur in eum, vt no.in l.j.C.de ſent.⁊
interloc.omn.iudi. Item quia in cauſis vbi lis non conteſtatur,ſed
habetur pro conteſt.gl.eſt ſing.in c.j.de appel.in vj.ꝙ eſt no.digni.
c IOAN.FANC.RVER. ¶ Puto verum. Adde ꝙ Bart.tenet
contr.in l.j.ff.de appel.recip.ibi no.⁊ eius opinio hic eſt reprobata
communiter, vt ibi not.Angel.Aret.⁊ ſequentes.Salicet.Bald.
⁊ hic.
d ¶ Litis. Adde qualiter procurator dicatur effectus dominus li-
tis Oldra.conſi.cccxvij.
* IOAN. FRANC. RVER. ¶ ADDE Dum Bart.hic
vult quod procurator conſtitutus,poſt litem conteſta.ſimpliciter
non poſſit conſtituere procuratorem quod ipſe tenet contrarium
in l.ab executore.§.fin.j.de appel.⁊ illam opin.contrariam quod
poſſit tenent Cyn.Bald.Salic.Paul.de Caſt.⁊ alij communiter,
vt hic referunt Alexand.⁊ do.Iaſ.

ALIA

ALIA LECTVRA.

Nihilarbitramur. Non eſt differentia, vtrū pꝛocurator interueniat ante litē conteſt. an poſt. h. d. No. ꝙ dixi in ſummario. pōne caſum in l. ij. j. de cōſoꝛtibus eiuſdem lit. no. iſtā legē q2 eſt multū no. ❡ Quero, in quibus non intereſt. Gl. ponit plura exēpla, vt in ea pʒ. Inter cetera ponit vnum exemplū, ꝙ ſicut pꝛocuratoꝛ interueniēs ante lit. cōte. dʒ cōdemnari, ita ⁊ interueniens poſt, lʒ quidā contra, vt viſum fuit j. de ſen. ⁊ interlo. om. iud. l. j. Et hic vnū verbū gl. no. ꝙ tunc eſt verū, ꝙ pꝛocuratoꝛ dʒ condēnari, qn̄ ſnīa, vel verba ipſius poſſunt cadere, vel adaptari, in perſonā pꝛocuratoꝛis. ❡ Quid eīn ſi eſſet cā criminalis, vel quid ſi eſſet cā matrimonialis, nunqd condēnabitur pcurator, vel foꝛmabitur ſnīa in perſonā ſuā? Certe non, vt l. ſi. j. de iniur. verba non aptantur in perſonā pcuratoꝛis, vn̄ vide gl. quā no. circa mediū faciebā mentionē de ea in d. l. j. de ſent. ❡ Itē op. ⁊ vr̄ qđ ſit differentia, vt l. ante litē. ⁊ l. poſt litē. cū ſeq. ff. eo. ti. ❡ Circa reuocationē iuris eſt differētia, q2 ante litē conteſt. remouetur indiſtincte, poſtea nō, niſi cū cauſe cognitiōe. ❡ Itē op. ⁊ videtur ꝙ etiā ſit differentia an interueniat ante vel poſt, q2 ſi interueniat ante li. cōteſt. tunc pōt facere alium pꝛocuratoꝛem, ſed poſtea non, cum non ſit dominus. l. pꝛocuratoꝛ. j. eo. gloſ. ſecundum Io. fatetur contrarium, quia in hoc eſt differētia. Vel dicit gl. ſub dubio foꝛte, quod etiam interueniens poſt, poteſt pꝛocuratoꝛem conſtituere. Dictū huius glo. in fi. appꝛobat do. Iaco. hic per hanc rationem, q2 ſicut pꝛocuratoꝛ interueniens ante litis conteſtationē poſt litem conteſtatam efficitur dominus inſtantie, vt l. pꝛocuratoꝛ. j. eo. Ita ⁊ pꝛocuratoꝛ interueniens poſt, eo ipſo ꝙ incipit tractare merita cauſe, efficitur dn̄s inſtantie, ⁊ poterit pꝛocuratoꝛem cōſtituere. Poſſet facere pꝛo opinione ſua. l. nulla. j. eo. vbi dicit poſt cauſam in iudicio agitatam quaſi velit dicere, poſtquam merita cauſe ceperūt tractari, ⁊ non dicit poſt litem conteſtatam. Et idem videtur tenere Vltramon. hic, imo plus, q2 eſt caſus vbi lis non fuit conteſt. ⁊ tantum operatur ſecundum eos exercitium alicuius actus iudicij, de illis actibus, qui ſolent exerceri poſt litem conteſtatam, quātum operatur ipſa conteſtatio. Facit ad hoc ſpecialis. l. ij. j. de conſoꝛtibus eiuſdem litis, ſecundum eos. ❡ Aduerte, q2 dictum huius gl. ⁊ etiam dictū domini Iac. non videtur pꝛocedere. Ratio, q2 pꝛocuratoꝛ non poteſt conſtitui niſi a domino. l. j. ff. eod. l. pꝛocuratoꝛ. j. eod. Sed pꝛobo ꝙ interueniens poſt litem conteſtatam non poteſt dici dominus cauſe vel litis. Ratio, q2 eſt dominus inſtantie pꝛocuratoꝛ pꝛimus qui interuenit ante, ⁊ fuit litem cōteſtatus. Sed duo non poſſunt eſſe inſolidum eiuſdem inſtātie domini. arg. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. cōmoda. Et ſic cuʒ pꝛimus pꝛocuratoꝛ ſit dominus inſtantie, concluditur quod interueniens non poſſit eſſe dominus eiuſdem inſtantie, ⁊ ſic pꝛocuratoꝛem non poſſe conſtituere, videtur vera opin. Ioan. hic poſita, dum dicit, ſecus ſi detur, ⁊c. ❡ Aduerte tamen, quod tranſlatio inſtantie fienda de vno pꝛocuratoꝛe in alium, vel in dominum. poteſt fieri altero de tribus modis, vel per modum enarrationis ſecundum quod not. in l. mutari. ff. eod. vel per modum ceſſionis, vt l. in cauſe. §. ſi ex parte. ⁊ ibi. no. ff. eo. Et iſti caſus non ſunt dubij, quia in pꝛimo caſu ille pꝛocuratoꝛ, in quem fit tranſlatio, ipſe idem videtur litē conteſtatus. ⁊ omnia feciſſe facta narratione. In ſecūdo videtur idem quod a pꝛocuratoꝛe in rem ſuam. Tertio poteſt fieri tranſlatio inſtantie in alterum, per modum cōſtitutionis pꝛocuratoꝛis vt aliū conſtituat, ⁊ tunc habet locum dictum huius gl. quod ſ. dixi. Notate tamen quod dictum Vltramon. videtur pꝛocedere, vbi lis nō debet conteſtari, vel de iure cōmuni. pone exemplum per l. de ſubmerſis. j. de naufra. lib. xj. vel de iure municipali, quia tunc exercitium actus iudiciarij in illis actibus, qui ſolēt exerceri poſt litem conteſta. operatur tantum quantum ipſa conteſtatio quod valet ad queſtionem. Pone, dicit ſtatutum, quod queſtio ciuilis terminari debeat intra menſem tēpoꝛe lit. conteſtate, pone ex foꝛma ſtatuti, ſunt certi menſes, in quibus lis conteſtatur, quando incipit currere menſis ex foꝛma ſtatuti, incipit currere eo ipſo quod incipiunt tractari merita cauſe, que ſolent tractari poſt litem cōteſtatam, arg. eoꝛum que ſ. dixi. Et circa hoc vide Cy. in l. pꝛoperādum. in pꝛinc. j. de iud. in hac l. querit Pet. ſi interuenit pꝛocuratoꝛ poſt lit. conte. quo tempoꝛe pꝛecludetur via petendi cautionē de rato? Reſpondet ipſe, quod poſt pꝛimū actum contradictoꝛiū inter talem pꝛocuratoꝛē, ⁊ aduerſarium interuenientē, quod tene menti.

LEX XXI.

1 ☞ Maritus pꝛo vxoꝛe, quando ⁊ pꝛo quibus bonis ſine mandato admittitur.
2 Mulier habet patrimonium triplicis generis.
4 Agere quanto quis poteſt ad id, quod non eſt mandatum.
5 Permiſſum in vno, quando in alio videatur pꝛohibitum.
6 Expꝛeſſio ſpeciei quando reſtringat genus.
7 Maritus quando admittitur vt coniuncta perſona an admittitur ſicut alie coniuncte.

a Maritus. [a] Breuiter dicit. Maritus tanquam coniuncta perſona admittitur ad agendum pꝛo vxoꝛe ſine mandato, pꝛeſtita cautione, ⁊ quod in vno cōceditur, in ceteris pꝛohibetur. hoc dicit.
Diuiditur in tres partes. Pꝛimo ponit dictum, quando maritus
nullum habebat mādatum. Secundo ponit rationem. Tertio ponit aliud dictum, quando maritus habebat mandatum in quibuſdam. Secunda ibi, nec femine. Tertia ibi, ſinautem. Iſte verſic. ſinautem. legitur duobus modis. Vno modo ſecundum doctoꝛ. alio
modo ſecundum glo. ⁊ ſecundum lect. gl. Hic eſt ſingularis caſus,
1 quem not. ❡ † Oppo. dicitur hic in pꝛincip. quod admittitur ſine
mandato, ⁊ de rato cauet. Contra j. de pact. conuen. l. fin. vbi vide-
2 tur eſſe pꝛocuratoꝛ, etiam ſi non caueat de rato. † Sol. Mulier ha-
bet patrimoniū triplicis generis. Nam habet dotem, ⁊ iſta eſt viri
ſine dubio, vt l. doce ancillam. j. de rei vendicat. Habet quandoqʒ
quedam alia bona viro tradita extra dotem, ⁊ iſta dicuntur para-
b phernalia [b] ⁊ in his maritus videtur eſſe pꝛocuratoꝛ, vt l. contra-
ria. Habet quedam alia bona marito non tradita aliquo modo ⁊
tunc maritus non eſt pꝛocuratoꝛ, ⁊ habet locum hec lex. Fateoꝛ
3 tamen quod pꝛo quacunque re † mulier tradidiſſet marito inſtru-
menta, quod ex illa traditione pꝛobaretur mandatū, vt d. l. fi. quod
tene menti, ad quod etiam vide bonum tex. in l. j. j. de do. ❡ Opp.
c ad finem huius l. [c] ⁊ videtur quod poſſit quis agere vltra id † quod
4 mandatur. ff. eo. l. ad rem mobilem. ⁊ l. ad legatum. Sol. Que ſunt
antecedentia de neceſſitate ad id, quod eſt mandatum, videtur eſſe
mandata. Ita loquitur lex contraria. ſed hic loquitur de his, que
ſunt penitus ſeparata ⁊ diſtincta ab eo quod eſt mādatum. ❡ Itē
opponitur, caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, vt l. ſi extraneus. ff. de condict. ob cauſam. ergo ſi mulier mandauit de vna cauſa in aliam, debet maritus poſſe admitti tāquam coniuncta perſona. Huius timoꝛe Iacob. de Bel. fatetur contrarium, ⁊ hanc l. intelligit aliter. videlicet ⁊ vltra quod eſt mādatum, maritus non poteſt admitti vt pꝛocuratoꝛ, ſed vt coniuncta perſona. Ita intelligit hunc tex. quem vide. Certe opi. noſtroꝛum doc.
5 eſt, vt dicit gl. † quod ſi habuerit madatum in aliquibus, in ceteris
videtur pꝛohibitus, quod not. quia ſingulare eſt, pꝛeterea hic intellectus Iac. nullam dubitationem haberet. Reſpondeo ad contrarium. caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, quia diſpoſitio iuris cōmunis eſt, vt maritus ⁊ alie coniuncte perſone admittantur ſine mandato, niſi ſit aliqua pꝛeſumptio, ex qua pꝛeſumatur illum, cuius nomine agitur, hoc nolle, vt l. ſed ⁊ he. in pꝛinc. ff. de pꝛocuratoꝛibus. ⁊ l. ſi cum dotem. §. eo autem tempoꝛe. ſol. ma. ⁊ depoſiti. l. quod ſeruus. ſed ex eo quod mulier facit maritum pꝛocuratoꝛem in vna cauſa tantū, inſurget pꝛeſumptio quod ipſa noluit eum eſſe pꝛocuratoꝛem in omnibus ſine eius licentia. que pꝛeſumptio facit maritum repelli. ita debes intelligere legem
6 noſtram. ❡ † Opp. expꝛeſſio ſpeciei non reſtringit genus, vt l. queſitum. §. pen. ff. de fun. inſtruc. ita hic mandatum ſpeciale mulieris non debet reſtringere generalem legis permiſſionem. Solu. ibi expꝛimitur genus, ⁊ ſpecies, hic expꝛimitur ſpecies tantum. ❡ Vltimo quero. dicitur hic in fine, pꝛeſcripſerit. qualiter intelligitur? dicit gl. ſi. ante oculos ſcripſerit cum ſcriptura. vel etiam ſine ſcriptura, ⁊ in eo quod dicit, ſine ſcriptura, velle videtur iſta gl. quod mandatū poſſit pꝛobari per teſtes. De quo dixi vobis ſ. eo. l. j. ❡ Vltimo quero, habetis hic ꝙ maritus admittitur, vt coniuncta perſo-
7 na. ❡ † Quero, vtrum ſint alie perſone coniuncte. Glo. remittit ad
l. ſed ⁊ he. in pꝛin. ff. eod. Dic vt ibi. ⁊ dixi anno ſuperioꝛi. in l. ij. ff. de accu. ⁊ vide ibi plene, ⁊ Inn. ponit in c. nōnulli. §. j. extra de reſcr. ⁊c.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ❡ Maritus. No. dictum in vno, videtur negatum in alio. hoc verum niſi ſit expꝛeſſum pꝛopter maioꝛē frequentationem. Ita colligit domi. Ant. ex gl. in, verſ. pꝛeſidentes. in cle. j. de reſcript. vbi vide Ioan. de Imol. adde illud dicitur fieri contra mandatum, quod fit ſine mandato. Bal. in l. nec filius. C. de iureiu.
